



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Franciscus Salesivs. 29. januarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

70. (o)

En omnia peccatorum instrumenta coëgit in ob
quium Christi. Oculos lasciviae illices jam impi
fontibus lachrimarum: capillos auro & gemmis i
textos, jam pro peripsemate admoveat abluend
Christi pedibus. Unguenta, quibus delibuta frag
bat in odorem mundi, jam alabastro fracto effu
dit in odorem suavitatis in caput, & pedes Christi

2. O si & tu, quod tibi turpiter exhibuisti, ja
Deo laudabiliter offeras & quot in te habuisti ol
iectamenta, tot de te invenias holocausta, ut totu
serviret Deo in pœnitentiâ, quidquid ex te Deo
contempserat in culpâ. Gregor. hom. 33. Exem
plum desideras? Iacobum hic lege pœnitentem.

3. Si cum Iacobo pœnitente & Magdalena flet
te, non potes decies plus requirere Deum per pa
nitentiam, quem offendisti millies per peccandil
centiam; saltem tantudem pœnitias, quantum
peccasti; consulente Apostolo Rom. 6. sicut e
hibuisti membra vestra servire immunditiae, & in
iquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra
vestra servire justitiae in sanctificationem.

S. FRANCISCUS SALESIVS.

29 januarij.

*Discite à me, quia mitis sum, & hu
milis corde, & invenietis requien
animabus vestris. Christus. Matth. c. II*

Franciscum mundo, & nomen Francisco dedit Salesium Galliæ oppidum. Nobilitavit à teneris stemma, sed decus addidit vitæ integritas: quæ ne lateret, omnibus liberalibus disciplinis imbutus, juris vacavit prudentiæ; ita tamen ut ei comitem adjunxerit, mundo raram, sed cælo charam prudentiam, quâ instru&tus, nullâ docente lege, omni suo juri, quod habebat in carnem, voto castitatis in æde lauretana emisso resignavit, suumque dominium transstlit in Mariam. Prudens translatio: jure ammiso proprio, nec benè fundato, acquirit sempiternum; quod ut securius possideret, recusavit in senatu Sabaudiæ amplissimam dignitatem, eique sacerdotalem prætulit, in qua Ecclesiæ Genevensis Præpositus, & verus Christi Apostolus, septuaginta duo milia Calvini iue infestarum animarum Christo lucratus est: Dignus ut crearetur Episcopus, & Pastor Ecclesiæ, qui tot oves uni & vero ovili restituit, nec decuit tam ardente lucernam sub modio abscondi, sed in Candelabro prælucere, quippe quæ Ecclesiæ splendorem & novo adauxit religiosarum Virginum ordine & scriptis Seraphicis illustravit. Obiit Anno 1522. & ne à terris ab-

360) 72. (360)
fens cessaret prodesse hominibus, Cor mi-
raculis clarescens Lugdunensibus legavit
imitandæ virtutis illicium.

M E D I T A T I O
De Corde S. Francisci Salesij.

1. **C**or S. Francisci ignibus divini amoris sic
ardebat, ut nihil non moliretur Dei glo-
riæ & animarum salutis causâ, huc referebat con-
ciones, huc congressas, huc libros. Ah! si per-
inde Deum amares, atque ille; nihili duceres divi-
tias, voluptates, honores; nullam prætermitteres oc-
casionem de Deo loquendi, & amorem ejus in a-
llorum animis accedendi. O Deus amabilissime!
unde tam parum amaris? O ignis! qui semper ardu-
& nunquam extingueris, attende me. Aug.

2. Carebat felle cor Francisci, & purum mel in
proximi sinum effundebat, ægrotos solabatur, pau-
peribus dabit eleemosynam, docebat peccatores,
& errantes oves ad ovile JESU Christi mirâ suavi-
tate pelliciebat, studebat singulari mansuetudine a-
lios sibi devincere, ut eosdem postmodum adjun-
geret & Christo. Quàm male Sancti hujus exprimis-
mansuetudinem! quàm dissimilia sunt verba tua, fa-
cta, judicia!

3. Cor demùm illius, quod efflictum Deum de-
peribat, & proximum suavissimâ pietate comple-
tebatur; maximè oderat delicias, frænabat sensus,
& omnes animi motus omnino domitos habebat.

Diligenter

Diligenter inquire causam tardiorum tuorum, & observabis, ea omnia nasci ex indomitis & immoderatis affectibus tuis. Quæ cupiditates vicit, pacem sibi perpetuam dedit. Cyprian.

S. ALDEGUNDIS.

30. Januarii.

*Qui non accipit crucem suam, &
sequitur me, non est me dignus.*

Christus. Matth. cap. II.

ET si Numen amore omnes omnino animas depereat; fatendum tamen est, non raro etiam illustres ceras apud homines quæsiisse. Ita ALDEGVNDEM è Regia Gallorum stirpe oriundam vox cælo allapsa jussit uni Agno castum thalamum servare; palma interim & veste longè nitidissimâ arthæ loco datis. Ad id ipsum cum Angelus etiam Tutelaris palam visus hortaretur, mater interim jam telam in sindones nuptiales offerret, eâ Neophytos illa vestiit: mox à morte matris concubia nocte, ad suas nuptias in cremum evolavit, castoque flammeo ab Amando Episcopo (quem magno post coruscum splendore, cœlum inter cœlestes vidit subire) involuta est. Ceterum quo

E 5

die